Clemens Eps Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Archiepo Gnesnen Salutem et aplicam ben
Oblata Nobis nuper pro parte dilecti filii Michaelis Sapieha laici et dilecte in Xpo filie Catharine Sapiezanka mulieris
Gnesnen Dioc petitio continebat quod ipsi qui de Nobili genere procreati ac Orthodoxe fidei Cultores vere existunt et sub
obedientia sancte Romane Ecclesie vivunt vivereque et mori intendunt ex certis rationabilibus causis animos eorum
moventibus cupiunt invicem matrimonialiter copulari sed quia Tertio Consanguinitatis gradu invicem sunt coniuncti desiderium eo-
rum hac in parte adimplere non possunt absque sedis aplice dispensatione Quare pro parte eorundem Nobis humiliter supplicari fecerunt ut eis
in premissis opportune providere de benignitate aplica dignaremur Nos igitur eosdem a quibusvis excoicationis et interdicti
aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum
harum serie absolventes et absolutos fore censentes fraternitati Tue per aplica scripta mandamus quatenus de premissis
per Te omni sine cuiuscumque muneris aut premii etiam sponte oblati a quo Te omnino abstinere debere monemus exactione
premissis Te diligenter informes et si per informationem eandem preces veritate niti repereris super quo Conscientiam Tuam onera-
mus Tunc cum ipsis dummodo illa propter hoc rapta non fuerit ac Orthodoxe fidei Cultores vere existant et sub obe-
dientia sancte Romane Ecclesie vivant vivereque et mori intendant impedimento Tertii Consanguinitatis gradus huiusmodi ac Constitutionibus
et Ordinationibus aplicis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus matrimonium inter se publice servata forma Concilii Tridentini contrahere
illudque in facie Ecclesie solemnizare ac in eo postmodum remanere libere et licite valeant auctoritate nostra dispenses prolem suscipien-
dam exinde legitimam nunciando Volumus autem quod si [illegible] huiusmodi aliquid muneris aut premii occasione premissorum
exigere aut oblatum recipere temere presumpseris excoicationis late sententie penam incurras
Dat Rome apud sanctam Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominice Millesimo septingentesimo trigesimo tertio
Idus Aprilis Pontificatus Nostri Anno Tertio

D. Monicuell

4

153

N.

1733

No. 1

Виленская Публичная
БИБЛIОТЕКА.
B1-324.